



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XIV. Donatio in sponsa facta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

cium de rebus vestris illis inter annos tantos facere deberetis : quod ita & fecistis. Et ego pro huius merito beneficij oppignerò vobis locellum rem proprietatis meæ nuncupantem illum, situm in pago illo, cum omni sua integritate vel soliditate. Ea vero ratione ut quomodo iam dicti anni adimpti fuerint, & fructus ipsius terre per quinque annos tantum exinde collegebis, ego supradictum debitum tum tibi desoluam, & res meas, vna cum cautione mea manibus tuis recipia. Et si negligens aut tardus exinde apparuero, suprascriptum debitum tuum in duplum, partibus tuis sim redditurus.

XIV. DONATIO IN  
ſponsa facta.

**L**Ex & consuetudo exposcit, vt quicquid inter sponsum, &

sponsam de futuris nuptiis fuerit  
definitum, vel largitum, aut ex con-  
sensu parentum, aut ipsorum, si sui  
iuris sunt, scripturarum solennitate  
firmetur. Idcirco ego in Dei nomi-  
ne ille, dum multis habetur percogni-  
tum, quod ego te illam, vna cum  
consensu parentum, vel amicorum  
nostrorum tua spontanea volunta-  
te sponsaui, mihi placuit, ut aliquid  
de rebus meis per hunc titulum li-  
belli dotis ante dies nuptiarum tibi  
confirmare deberem, quod ita &  
feci. Ergo dono tibi donatumque  
esse volo, locellum, rem proprieta-  
tis meæ nuncupantem illum, situm  
in pago illo, cum terris, ædificiis, ac-  
colabus, mancipiis, libertis, vineis,  
syluis, pratis, pascuis, aquis, aqua-  
rumue decursibus, mobilibus &  
immobilibus, cum omni suprapo-  
sito suisque adiacentiis, tam dealo-  
de quam de comparato, seu de quo-

libet adtractu, totum & ad integrū,  
sicut à me præsenti tempore vide-  
tur esse possessum, & in fabricaturis  
aurum tantum, argentum tantum,  
vestimenta. Hæc omnia superius  
iam dicta, per hunc titulum libel-  
li dotis diebus nuptiarum, tibi sum  
impleturus vel traditurus, ita ut  
dum aduixeris secundum legis or-  
dinem teneas, atque possideas, no-  
strisque qui ex nobis procreati fue-  
rint filiis, vel filiabus derelinquas. Si  
quis verò, si ego ipse aut vlla quælibet  
persona fuerit, quæ contra hanc  
donationem aliquid agere, vel ca-  
lumniam generare præsumperit, il-  
lud quod repetit non vindicet, &  
insuper contra cui litem intulerit  
sol. C. componat: Et hæc donatio  
meis, vel bonorum hominum ma-  
nibus roborata, cum stipulatione  
subnixa firma permaneat.